

Q. D. B. V.
DISSERTATIO THEOLOGICA,
DE
GLORIFICATORUM
VISIONE DEI
BEATIFICA,

QUAM,

Suffrag. Max. Rev. Facult. Theol. in Reg. ad Aus.
ram Academia,

PRÆSIDE

D_{N.} JOHANNE
TILLANDRO,

S. Theol. D. & PROFESS. Reg. & Ord.
Acad. h.t. Reft. Magnif. nec non Fac. Theol. Dec.

ad publicum candidorum examen
modeste defert

A V C T O R

Mag. ANDREAS ACHANDER,

V. D. M.

SATA CUNDA - FENNO.

In Audit. max. ad diem II. Junii Anni MDCCLIII.
Horis ante meridiem consuetis.

ABOÆ, Impresit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB. MERCKELL.

Jacobus Jacobus Henr. Chytraeus.

IN
REGEM & PATRIAM
SUMMÆ FIDEI VIR,
CELSISSIME HEROS & COMES,
**DN. CAROLE GUST.
TESSIN,**
REGIS FEGNIQUE SVIO-GOTHICI SENATOR,
Regiæ Cancellariæ PRÆSES,
Supreme Aulæ MARESCHALLE,
Regiæ Celsitudini, PRINCIPI Successori,
ab Educatione Summe,
Academiæ Reg. Aboëns. CANCELLARIE,
Seraphici reliquorumque S:æ R:æ M:tis Ordinum
CANCELLARIE,
Subfelliique Superioris EQUES,
nec non
EQUES Nigræ Aquilæ,
MÆCENAS
Longe INDULGENTISSIME,
GRATIOSISSIME.

AD limina TUA Celsissima aditum molitur
vilos, abjecta & humili repens Thalia, nihil in
votis

votis magis habens, quam ut aura GRATIÆ, semet
leniter adstante, sensim refocilletur. Chartaceam devotissi-
mi obsequii tesseram, non curiosa quævis, nec genio se-
culi adcommodata, sed cœlestes & æternas spiran-
tem veritates, quarum incredibili TUAM CEL-
SITUDINEM flagrare amore, omnibus compertum
est, ad pedes CELSITUDINIS TUÆ deponit.
Non nostra tantum Academia, NUMEN SUUM
TUTELARE tenerrimo prosequitur amore; sed u-
niverla quoque Fenningia CELSITUDINEM
TUAM, tanquam Orbis Svio-Gothici Columnæ
firmissimum, devotissime suspicit ac veneratur. Ne
igitur mireris, CELSISSIME COMES, me tot gra-
tulantium interstrepere audere voces, qui pro inco-
lumentate TUÆ CELSITUDINIS perenni, cali-
disima, ad urnam usque, vota sum fusurus

ILLUSTRISSIMI ac CELSISSIMI
TUI NOMINIS

Cultor devotissimus, subjectissimus
ANDREAS ACHANDER.

Gregor. Nyssenus serm. de beatitud.

Ο πόν θεὸν ἴδων, πᾶν ὅπερ ἔτιν ἐν τῷ τῷν ἀγαθῶν καταλόγῳ διὰ
τὸ ἴδεῖν ἔσχε. Τὴν ἀπελεύθητον ζωὴν, τὴν ἀίδιον ἀφεύροισα, τὴν
ἀθάνατον μακαρούτητα, τὴν ἀπελεύθητον βασιλείαν, τὴν ἀληκτον ἐυ-
φροσύνην, τὸ ἀληθινὸν Φῶς, τὴν πνευματικήν τε γλυκείαν τροφὴν,
τὴν ἀπρόσπετην δόξαν, τὸ διηγεκὲς ἀγαλλίαμα, τὸ πᾶν ἀεράδον.

*** *** ***

Augustinus in soliloqv. Tom. IX. cap. XXXVI.

Videre faciem DEI vivi, hoc est summum bonum,
gaudium Angelorum atque omnium Sanctorum,
præmium vita aeterna, gloria Spirituum, letitia sem-
piterna, gloria decoris, bravium felicitatis, requies
opulenta, pulcritudo pacis, intimum & externum
gaudium, Paradisus DEI, Hierusalem cœlestis, vi-
ta beata, plenitudo beatitudinis, gaudium aeternita-
tis, pax DEI, qua superat omnem sensum. Haec
est plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, vi-
dere faciem DEI &c.



I. N. S. S. T. P. F. & S. S.

L. B.

N

Orunt mortales, rationis pariter ac revelationis usu genuino edocti, se, post dissolutionem animæ & corporis, superfites esse futuros; deprehendunt mentem singularibus gaudere dotibus, quibus supra mortalia se erigit; persentiscunt conscientiæ quoque stimulos, qui minis & terroribus eos a vitiis avocant, monitis vero promissisque ad virtutes incitant; convincuntur denique ex cœlesti testimonio, animam, post futuram mortuorum resurrectionem, cum eodem, quod in hac vita circumgesstarunt, conjunculum iri corpore, bacque redunitione facta, aut perpetuis, quoad utramque partem, adfici præmiis, aut æternas luere debere pœnas. Immo nec leve censendum, pro futuro post mortem statu, argumentum, quod ducitur ex felicitatis nostræ indies adaugenda intensissimo ac insatiabili ardore. Quis enim ad tantum in seculo præsenti ascendere unquam valet

valet felicitatis gradum, ut, quæcunque sibi ex aſe ſint pro-
 futura, habere poſſit? Aliquid enim ſemper ſibi defi-
 cere indicat mens humana. Tantam illa, abſque communione
 cum DEO, qui perfectionis noſtræ caput eſt & complemen-
 tum, in ſeipſa deprehendit ſufficientiam, quantum homo ſine
 corporis ſanitate. Speciosa & caduca hujus ſeculi bona,
 etiamsi forent conſtantiora, haud raro tamen nobis idem ſunt
 ac dapes crudæ & incoctæ, que animum quietum & ex
 equo ſatiatum reddere nequeunt; adeoque nævix & defe-
 cibus preſentis ævi laborantes, alium magis auſpicatum
 continuò omnes deſideramus ſtatum. Sed quid hæc deſideria?
 Nonne ſunt inſtar totidem præconium, indeſinenter nos ad-
 momentium, ut de futuris prudenter nobis proſpiciamus, ac
 integrum ita inſtituamus vitam, ut pœnas, quas peccata me-
 rentur, evitemus; bona vero, ad que per naturam feri-
 mur, obtimesimus? Is igitur, cui ſanum eſt ſinciput, religio-
 ni ſibi ducat aſtumare, hæc aliaque præclara dona nobis fru-
 ſtra eſe confeſſa, ſed potius humiliſima pariter ac devotissi-
 ma eadem veneretur mente, finique, cujus gratia eadem
 nobis largitus eſt DEUS, ſe conformet. Sed ad devia hic
 abripiuntur prob dolor! mortalium animi. Nam ſpeciosa
& caduca ſenſus eorum captant, nimioque flagrant ardo-
 re conquirendorum hujus ævi bonorum, que opinione ta-
 men citius tranſeunt. Fingere licebit nos extra mundi
 ſublunaris conſtitutos eſſe limites, atque ad facetas terri-
 colarum attendere, eosque, qui quidem non fugienti ſed
 permanenti, non tranſiturne ſed æternæ felicitati ſunt de-
 ſinati, conſpicere plenis quaſi velis ferri ad vanas volu-
 ptates, aliasque carniſ illecebras, certe eos haud ſatis ſui
 compotes eſſe judicaremus. Animadverteremus enim alios
 felic-

felicitatis veræ esse cupidos; alios in terrestribus & ca-
 ducis eandem frustra moliri, quæ tamen in nulla alia re,
 quam cognitione, possessione & fruitione Summi Boni, solius
 nimirum DEI, est querenda. Ad hunc felicitatis nostræ in u-
 nione & communione cum DEO inveniendæ sc̄rum saniores
 ethnici, solo rationis lumine, quodammodo contendere vi-
 dentur. Priscis etenim temporibus statuebant Plato & Py-
 thagoras ὅποιαν τὸν εἶναι τοῦτον εἶναι ἀνθρώπου,
 illuc, scilicet e terris ad DEUM, fugiamus; fuga autem est,
 inquit Plato, ut DEO similes pro viribus efficiamur,
 quare etiam circa illum semper cogitatione & mente
 versari debemus (*). Quamvis hec cum DEO commu-
 nio in cœlis tandem sit consummata, quando visione
 DEI Beatifica frumentur beati, in presenti tamen seculo
 per indefessum ejus scrutinium sincerumque pietatis exer-
 citium jam est incloonda. Meditationes igitur nostras
 de Glorificatorum Visione DEI Beatifica Tibi L. B.
 dum sistimus, benignam Tuam exoptamus censuram. Nec
 eadem ideo, quod occupentur circa futura, quorum per-
 fecta ac intuitiva cognitione jam destituimur, Te parvi
 facturum esse speramus. Præterquam enim quod ipse
 per vite presentis semitam eodem nobiscum tendas, in
 Temetipso quoque desiderium futura sciendi deprehendas,
 quod haud raro eo usque progredi discipit, quo nil, præ-
 ter conjecturas, solet esse obvium. Verum tantum abest,
 ut nūs in cognitione indies crescendi, naturā nobis in-
 ditus, pro nævo quodam baberi debeat, ut potius sit no-
 bis

(*) Vid. Ernest. Salom. Cypriani Analect., in Hugon. Grotium de
Verit. Relig. Chriſt. pag. m. 346.

bis documento, aliam, peracto hoc dramate, vitam esse
exspectandam. Sciendi desiderium, quod fertur in res,
quarum cognitio nobis nec videtur esse injuncta, nec ul-
lam adferre utilitatem, babeant sibi alii; at quæ nobis
usum pariunt, non laudanda modo, sed studio quoque ex-
quisito sunt subjicienda. Si bonorum, quæ ceducæ sunt &
transitoria, ardor, mortalium animos ad sui scrutinium
allicit, quid quæso! futurorum, quæ rata sunt & firma,
immo finis ullius nescia, efficiet amor & consideratio?
Hæc mentem sagacem non avocant modo ab ejuscemo-
di terrenarum rerum commercio, quo haud pauci dele-
ctantur, procul remoti ab illo ēt, cuius ἐπιχείρια, quod o-
ptimam nobis aliquando accelerabit beatitudinis sortem Luc.
10: 42. verum etiam per pietatis studium ad cœlitum no-
minalia & consortium excitant Phil. 3: 12. seq. Caveamus
igitur, ne animos immergamus ævi hujus vanitatibus,
neve corda nostra gravemus μεγάλαις θυμησις Luc. 21: 34.
in quibus, prius de corporis, quam animæ salute sol-
liciti, inepti reddimur ad visionem DEI bea-
tificam; sed curemus Lector potius, ut
de hac felicitate aliquando no-
bis in simu gratulari
queamus.

§. I.



Ostquam, per Protoplastos, interdictum divinum transgredientes, sapientiae primævæ feceramus jaſtrum, benignissimo placuit NUMINI, διὸ σπλάγχνα ἐλέγει Luc. 1: 78. per verbum suum tanto nos illustrare lumine, quantum ad salutem, ex gratia divina in nos conferendam, necessarium est. Profundæ autem naturæ nostræ tribuendum est corruptioni, quod spirituales illas, quæ ad salutem nostram spectant, res, non nisi *in μέρεσι* percipere queamus. Est enim humana de futuris cognitio, per symbola & similitudines apud nos excitata, ad illam, quæ post hanc vitam vere & realiter continget, quæve immediata & intuitiva vocari solet, relata, ut illud, quod *in μέρεσι*, in relatione ad τὸ πόλειον; sive ut ratiocinia τὰ οὐρανία ad τὰ ἀνθρώπων; sive quod idem est, uti habet se imperfectum ad idipsum, quod omnibus numeris est compleatum 1. Cor. 13: 9. Cognoscimus nunc DEUM non immediate; sed mediantibus operibus manuum Ejus, per quæ *Seipsum αμάρτυρον non reliquit* Act. 14: 17. Videmus nunc Eum per fidem & spem di εσόπης εν ανίγνωστι 1. Cor. 13: 12. & 2. Cor. 5: 7. per speculum quoddam; aut tanquam per instrumentum opticum, sive sit microscopium, quo scintillulæ revelationis stupendum in modum augentur, sive telescopium, quo res futuras, a sphæra præsentis visionis longissime remotas, intuemur, quale opticum instrumentum, lumen aliquò aut immisum aut transmissum

A

refle-

reflectens, Cl. Lambert. Bos Græcos per τὸν ἑτοῖς intellexisse perhibet in *Exerc. Philolog.* pag. 147. Videmus inquam per speculum verbi, tam universam salutis nostræ œconomiam, quam effigiem futuræ electorum beatitudinis, quam cœlites, sine quodam involucro, intuentur & experiuntur. Consequitur idcirco, quod, confusis & incompletis notionibus, confuse solum & incomplete de futuris cogitemus. Hinc quoque infantum more, qui sæpius balbutire solent, de iis differimus. Singulare autem hoc divinæ in nos φιλαυθρωπίας est documentum, quod salutis viam ejusmodi manifestarit loquendi modis, qui in homineim, per lapsum obtenebratum, convenient, & qui aliqualem futurorum, mediantibus quibusdam symbolis, nobis offerunt ideam. Hujusmodi captui nostro, in Scriptura Sacra, accommodata symbolica loquendi formula est illa, quando cœlites DEUM a facie ad faciem videre dicuntur. DEUS enim spiritus est simplicissimus; adeoque corpore, & consequenter facie, caret. Hinc, locutionibus, in Scriptura passim usitatis, anthropopatheticis, per metaphoram ab hominibus ductam & ad DEUM translatam, hæc annumerari debet. *Faciei DEI* in Pandectis divinis variæ occurrunt significaciones, de quibus confer Er. Schmidium & Stockium in voc. πρόσωπον. Frequentissime per faciem DEI in Scripturis intelligitur I:o CHRISTUS, qui est ἀπειράσκω τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴ τῆς ὑποσύνεως sc. 18 Θεος Ebr. 1: 3. EUM forma humana apparentem facies ad faciem vidit Jacob Gen. 32: 31. Moses Exod 33: II. Gideon sub specie Angeli Domini, qui Angelus erat increatus, filius DEI, Judic. 6: 22. II:o Favor & benivolentia DEI, in homines Num. 6: 25, 26. & Ps. 67: 2. Ejus omniscientia, praesentia

sentia & manuductio Ps. 139: v. 7. Exod. 33: 14. liberatio Deut.
 4: 37. auxilium Ps. 13: 2. & 27: 9. sumitur etiam pro ipsa salute
 Ps. 17: 15. Apoc. 22: 4. III:o Significatur quoque per faciem
 DEI, Ejus super impios *ira & indignatio* Lev. 17: 10. gra-
 tie divine subtractio Deut. 31: 17. Ejus *ira & vindicta* Apoc.
 6: 16. ex qua pœnæ infernales impiis olim imminebunt
 2. Thess. 1: 9. Pro hisce affectibus, interdum quoque lo-
 cutione scripturaria, *oculi* DEI accipiuntur I. Pet. 3: 12. A-
 mos. 9: 4. Verbum *videre* itidem multifariam in sacris
 literis usurpatum. Accipitur enim generaliter *pro quacunq; visione*, specialiter vero aut *proprie* pro illa, quæ oculis corpo-
 ris peragit, aut *impropriæ* pro visione mentis. De pluribus
 subjectis idem quoq; verbum adhiberi solet: nimirum I:o
 de DEO Ps. 33: 18. & 94: 9. Amos. 9: 8. Matth. 6: 6, 18. Cui
 soli talis immediata & in summo gradu perfecta omnium
 compossibilium visio & cognitio est propria. II:o *CHRISTO*,
 cujus sæpenumero designat *commiserationem*: ita capitur Marc.
 10: 21. Luc. 9: 38. & 22: 61. III:o *Angelis* Matth. 18: 10.
 IV:o *hominibus*, hisque vel quoad *oculos naturales*, quæ *visio*
sensitiva vocari sivevit Matth. 24: 2. Marc. 8: 23, 24. Act. 13:
 11. vel quoad *oculos mentis*, scilicet *intellectum*, quo sensu vi-
 dere tantum valet ac cognoscere & intelligere Es. 6: 9, 10.
 Marc. 8: 18. Jac. 2: 24. & simul *voluntatem*, quæ suam curam
 & cautelam involvit Matth. 24: 4. Act. 13: 40. 1 Cor. 3: 10.
 Hæc mentis visio *spiritualis* est & fidei. V:o *Animabus*
separatis Luc. 16: 23. VI:o *Toti homini*, anima & corpore
 constanti, post hanc vitam Job. 19: 25, 26. 1. Cor. 13:
 12. 1. Joh. 3: 2. Quando itaque de beatis dicitur,
 quod faciem DEI videbunt, non simplicem de DEO
 speculationem & cognitionem involvit, uti cum antiquo-

ribus Platonicis Pseudo-mystici & Sociniani nugantur; (a) nec animarum gloriosam tantum & familiarem cum DEO conversationem, quam, ante redunitionem cum corporibus, sine ulla voluptate somniant Arminiani (b); nec demum quandam duntaxat ex vita recte peracta fluentem naturalem consequentiam, in animi tranquillitate consistentem, uti delirant illi, qui præstantiam futuræ beatitudinis imminuere religioni sibi non ducunt (c). Sed *videre* significat maximorum ac ineffabilium, quæ in DEO sunt, bonorum possessionem, eorumque, ad tantam delectationem & satietatem, quanta humanum conceptum infinitis excellit parasangis, summam & jucundissimam fruitionem. Exstat ejusmodi *videre* significatio etiam inter alia Scripturæ loca Ps. 27: 13. qui cum Eccles. 2: 1. collatus, ubi Salomo cordi suo permittens, ut gaudio, ex terrestrium bonorum usu percepto, frueretur, hunc loquendi adfert modum וְרָאָה בַּטּוֹב (d) *vide bonum* h. e. fruere bonis non ad sufficientiam modo, sed superabundantem etiam satietatem conf. cap. 2: 24. 5: 17. (d). Ita Ps. 34: 13. *videre bonum* significat bono frui. (e) Hinc etiam Ps. 17: 15. אֶחָד הַנִּיר פָּנֵיךְ (videbo faciem tuam) statim annexatur נְשָׁבָעָה (*satiabor*) quibus verbis Psaltes innuit, cum visione faciei DEI, conjunctam esse felicitatis possessionem, &, ad satietatem, fruitionem. Omnis hæc resultat beatitudo ex cognitio-

ne

(a) *Vid.* Jo. Laur. Moshemii Inst. Hist. Christ. ant. pag. 705 & 801. & ejusd. Hist. Rec. p. 515. seq. & Balth. Kæpkenii Tb. Myst. part. I. c. 1. p. 46. Job. Ad. Scherzeri Syst. Tb. p. 626. (b) Christ. And. Büttneri curs. theol. rev. pag. 1116. & Breviar. Hulsemannian. pag. 1093. (c) Job. Franc. Buddei Inst. Theol. Dog. p. m. 495. (d) Jo. Gezelii Comm. in b. l. & Jo. Jac. Rambachii Exerc. Herm. part. alt. p. m. 145. (e) Mart. Gejeri Comm. in b. Psalm.

ne & visione DEI intuitiva, quæ apicem & complementum electorum beatitudinis constituit & absolvit. Erit hæc visio & fruitio beatis non externa & otiosa, sed interna & operativa, quæ summum pariet omnis gaudii complementum. Ita cum visione mox ejus effectus & bona in Scripturis conjunguntur Ps. 34: 9. Es. 66: 14. Inculcant quoq; hujusmodi felicitatem formulæ loquendi in Scripturis passim obviæ, e. g. *satietas latitiarum est cum facie DEI* Ps. 16: 11. *videre bonum Iebovæ in terra viventium* Ps. 27: 13. *videre regnum DEI & vitam* Joh. 3: 3, 36. Quemadmodum ex una parte de impiis pronunciat Scriptura, quod innuit remotionem eorum a facie DEI, & cum hac conjunctam congeriem omnium cruciatuum & malorum infernaliū, quibus in æternum increduli torquebuntur 2. Thess. 1: 8, 9. Ita ex adverso *faciem* DEI *videre* significat maximam præstantiam, delectationem & gaudium, omniaque animæ & corporis bona exinde oritura, vid. dict. all. Præclare itaque D. Hunnius: *Adspectus DEI, inquit, in summam perfectionem, absolutissimamque felicitatem nos transformabit, ita ut DEUS ipse nostra sufficientia, adeoque omnia in omnibus sit futurus.* Cumque hæc *faciei* DEI *visio* beatis omnimodum felicitatis & beatitudinis adferet complexum; hinc etiam *beatifica* nuncupari meretur. Quatenus vero cognitionem & fruitionem beatitudinis non amplius, uti in hac vita, mediantibus quibusdam symbolis abstractive; sed olim immediate, experiuntur beati, eatenus *visio* dicitur *intuitiva*. Quando solum animæ pie defunctorum, a corporibus separatæ, visione DEI truuntur beatifica, a Theologis vocari sivevit *beatitudo secundum quid consummata*; quando autem animæ cum corporibus

ribus unitæ ex contemplatione faciei DEI olim exornabuntur bonis, que oculus non vidit, auris non audivit & in nullius hominis cor adscendit I. Cor. 2: 9. dici solet beatitudo absolute consummata, circa quam imprimis nostra impræsentiarum versabitur opella.

§. II.

Faciei visionisque DEI notionibus jam prælibatis, operæ judicamus pretium, sententias, quas antiquiores pariter ac recentiores foverunt de ipso beatificæ visionis modo, breviter exponere. Sed ὡς ἐν παρόδῳ notamus, quod nemo, scripturæ oraculis rite edoctus, unquam dubitarit, num cœlites, in futura vita, DEUM sint visuri. Nec de Christi θεάσεων visione, quam suo loco extra dubitationis aleam sumus posituri, ambigimus. Sed cardo rei in eo vertitur, utrum DEUS, qualis est scilicet in essentia sua, ab electis in vita eterna conspicere possit, mentaliter tantum ope intellectus, an vero mentis pariter ac corporis oculis, dono glorificationis, exornatis. Si vero in ulla alia re, certe hoc in puncto maxima eruditorum, quorum in ecclesiam DEI immortalia pene sunt merita, verborum & sententiarum adlunt divertia. Diversas, circa modum visionis, sententias si spectes, in tres imprimis classes hic abeunt eruditii. Ex doctoribus Sec. IV. fure Ambrosius, Hieronymus, Gregor. Nazianensis, Chrysostomus & alii, ipseque tandem Augustinus, qui & nomine proprio & allatorum virorum, quos ille in hoc stadio antesignanos suos agnovit, pro mentali DEI visione calamum acriter strinxit; ocularem vero aperte impugnavit, de quo in sequentibus. Confer sis Augustini Epist. 6: coll. 28. Tom. 2. & Epist. III. 112. &c. Hæc Patrum vestigia in improbanda visione DEI

DEI, oculis corporeis, premere æquum duxere Scholastici, atque haud minima Pontificiorum cohors. Eandem hanc sententiam foverunt quoque nonnulli inter Reformatos ac Lutheranos. Nam præter *Witsium*, qui ex reformatorum est sodalitio, nomina occurrunt etiam *Dd. Georg. Calixti, Balduini, Fridem. Beckmanni, Buddei*, immo *Henr. Mülleri*, qui im *Himmlichen Liebes-Kuſz* cap. XXV. p. m. 1791. hæc habet verba: *Wir werden Gott (in vita sc. æterna) sehen / nicht mit äußerlichen Leibes/ sondern mit innerlichen Seelen-Augen.* Petunt hi mentalis sive intellectuialis beatificæ visionis patroni argumenta thesin suam probantia (α) ex *Scripturis* Matth. 18: 10. 1. Cor. 13: 12. 2. Cor. 5: 7. quæ intellectualem quidem DEI visionem præ se ferre videntur. (β) Ex *aoggia* DEI, ad quem videndum oculi corporei pertingere nequeunt Exod. 33: 20, 23. 1. Tim. 1: 17 & 6: 16. (γ) ex *rationibus philosophicis*, a spiritualitate ac infinitudine DEI petitis; ex impotentia hominis, atque ex visionis requisitis, quæ omnia in DEUM non cadunt, & quæ sunt cetera. Altera eruditorum classis eos continent doctores, qui non mentis modo, sed ocularem etiam maximopere contendunt DEI visionem dari. Dicit horum agmen, quantum nobis quidem constat, magni, inter Evangelico Lutheranos, ob merita sua in ecclesiam, nominis theologus *Dav. Chyraeus*, cujus verba ex *libro de vita & morte* pag. 157. hic addere lubet: *In vita æterna revelatam faciem & gloriam S. Trinitatis, seu nudam & omnium beatorum mentibus & oculis clare conspicendam se exhibentem essentiam DEI perspiciemus.* Eandem cum illo inflativam *Schilterus*, qui in disp. de vita æterna th. 65. afferit: *claritatem oculorum nostrorum in altera vita, sublata præsen-*

presenti suffusione, cuiusvis lyncis & aquile perspicacitatem longissime a tergo esse relieturam. Ad stipulatur quoque hicce Cl. D. Cramerus in tractatu de subl. corp. glorif. myst. Cap. 16: p. 137. Ex recentioribus rursum his suffragatur Cel. Saxonum theologus Jo. Hylsemannus in Breviar. Cap. 16: th. 4. p. 352. Itidem Dd. Scherzerus, Rudraffius, Calovius, Schmidius, Qvenstedius, Hollazius, Spenerus, Haferungius aliiq;. Argumentantur hi utriusq; visionis, tam mentalis quam ocularis, defensores quoque (α) ex dictis sacris Job. 19: 26, 27. Pt. 17: 15. & 42: 3. Apoc. 22: 4. I. Joh. 3: 2. quorum dictorum emphates ocularem etiam innuere videntur. (β) Rationibus quoque suam stabilunt sententiam, quas depromunt ex virtute divina, quae efficere valet, ut visus beatorum corporeus pertingere possit ad videndum objetum incorporeum & spirituale; ex potentia intellectus creatus, qui lumine gloriæ collistratus, in eum adscendit gradum, ut increatam & infinitam DEI essentiam videat; hinc igitur ad oculorum glorificatorum concludunt habitudinem, ut ratiocinia, ex bonitate divina, atque hominis perfectione, petita, aliaque sicco pede transeamus. Ad tertiam denique classem illos referimus theologos, qui visionis modum, luminisque glorificationis sublimitatem nescientes, rem in medio relinquunt; hinc ejus quoque apodieticam determinationem futuræ experientiæ reservare consultius ducunt. Sunt inter hos, excepto Lipsiens. Profess. D. Hieron. Kromayero, lumen illud Jenensium incomparabile D. Job. Gerhardus in loc. theol. de vita eterna, quamvis nec ocularem rejiciat. D. Kænigius in th. Pos. Acr. §. 309. Jacob Carporius Theol. Dog. Tom. I. pag. 836. aliique, quorum omnium prolixiores contexere catalogum necessarium non judicamus.

§. III.

§. III.

Logomachiam evitaturis, necessum utique est, ut species diversas visionis probe discernamus. Proprie sic dicta *Visio*, quæ & *intuitiva* dicuntur, est illa sensatio naturalis, qua conscientia sumus objecti cuiusdam corporei, quod aut emittit aut reflectit radios luminis ad oculos nostros, & cuius imago in fundo oculi depingitur, atque, facta ibidem in nervos opticos impressione specifica, ad sensorium propagatur. Quomodo radii luminis atque oculorum structura ad istiusmodi picturam formandam apta & proportionata sint, id ipsum Optices scriptores explicant. Annon autem in futura etiam vita, deficientibus, post destructionem hujus universi, luminalibus illis, quæ in praesenti mundi systemate ad visum efficiendum necessaria videntur, possibile sit, mediantebus organis visus, objecta corporea in sensorio representari, non existimaverim quenquam temere negatum ire. Adeo enim imperfecta est nostra scientia de essentiis corporum, ut ex mutila illa, qua impræsentiarum gaudemus, cognitione, contra clara Scripturæ S. effata argumentari absconum omnino sit atque impium. Datur præterea *visio symbolica*, cuius haud incommodo constitui possunt tres species. Nimirum prima *naturalis luminis* beneficio peragitur, quando per res creatas DEUS cognoscitur Rom. 1: 20; secunda fit *lumine gratiae*, quando oculis fidei DEUM videmus in verbo & sacramentis; ad tertiam referimus illas DEI visiones, quæ *sanctis per apparitiones* contigerunt. Quò vero hæc ipsa clariora evadant, notandum est, occurrere in Scripturis subinde loca, in quibus innuitur, DEUM hominibus se conspicien-

spiciendum præbuisse e. g. Jacobo *sub persona viri*, quem פְנִי־אֶל־פְנִי־ (facie ad faciem) vidit Gen. 32: 25, 31. Mosi & Aaroni cum filiis suis § 70. senioribus Israëlis, qui ad montem Sinai DEUM Israëlis viderunt Exod. 24: 9. Mosi, cum quo פְחַ אֶל־פְחַ (ore ad os) locutus est DEUS: וּמְרֹאָה וְלֹא בְּחַדֶת וְתִמְנָת וְהַהֲ וְבִזְמַט וְבִזְמַט (videndo § non per enigmata, adeo ut speciem Jehovah confixerit.) Num. 12: 8. Esaiæ cap. 6: 1. Danieli sub specie *viri proiectæ etatis* Dan. 7: 9, 13. Stephano per δόξαν Θεού Act. 7: 55. Johanni sub aliis majestatis divine symbolis Apoc. 1: 10, 13. sqq. Dantur e contrario Scripturæ loca alia, quæ manifesto innuunt, fieri non posse, ut DEUM videamus. Sic dicitur ἀρετος Col. 1: 15. 1. Tim 1: 17. dicitur itidem DEUS φῶς ὁἰκωνί αἴρεσιν, ὃν εἶδεν γέδεις αὐθεώπων, γέδειδεν δύναται. 1. Tim. 6: 16. Addit quoque DEUS rationem, cur nulli mortaliū se videndum præbeat, quando ait significanter כי לו—יראנו הארץ (Quia non potest videre me homo & vivere.) Exod. 33: 20. Sed conciliantur facile hæc ipsa Sacræ Scripturæ effata, si illa, quæ DEUM ab hominibus visum fuisse testantur, explicentur per visionem symbolicam: nimirum, quod DEUS gratiosa συγκαταθάσει, sub visibili forma in assumtis speciebus corporeis, sanctorum virorum oculis se videndum præbuerit; hæc autem, quæ DEUM invisibilem esse affirmant, de visione proprie sic dicta, intelligentur. In visione symbolica quadantenus continetur visio naturalis: corporea namque ista species, ope organorum visus, ibidem proprie videatur. Dei autem præsentia, sub ista specie latitans, mentis oculis seu fide cernitur. Ab hisce autem visionis speciebus distincta est illa visio, qua glorificati in cœlis DEUM,

DEUM, ἡλθός ἦσι, olim sunt visuri I. Cor. 13: 12. M. I. Joh. 3: 2. Cum enim DEUS sit ens spirituale & omnipræfens, fieri omnino nequit, ut eodem modo ac objeta corporea, imago substantiæ divinæ extra se ipsam repræsentetur, determinatisque in oculo limitibus circumscribatur; unde prona fluit consequentia, neque in hac, neque in altera vita, DEUM visione proprie sic dicta ab hominibus cerni posse. Neque cum symbolica visione coincidit hæc ipsa, prouti evidenter id patet ex emphaticis illis S. Scripturæ expressionibus, ubi intensitas gaudii cœlestis, oriunda ex visione faciei DEI, tanquam res captum humanum superans, laudatur, quod in sequentibus pluribus ostendetur.

§. IV.

Homo glorificatus, tametsi aliis plane, ac in vita mortali habuit, nisque certe magnis ac excellentibus exornabitur donis, nihilominus tamen partibus hominis essentialibus constabit. Si vero idem capax sit inefabilium illarum perfectionum, quæ electis in beatitudine æterna contingent, oportet omnino magnas ipsum subire debere mutationes. Hæc mutatio consistit, non in essentiali substantiæ hominis in spiritum comutatione, ut Sociniani, seu ut a M. Erl. Dryselio dicuntur, novi Photiniani, Scripturæ enormi φευδερηνείᾳ laborantes, somniant; sed præeunte eadem Scriptura, illaque rite enodata, consistit hæc in qualitatum atque accidentium apud hominem mutatione. Solet Scriptura hanc, quæ in glorificando contingit, mutationem exprimere, aut per τὸ ἵδοντα I. Cor. 15: 53, 54. 2. Cor. 5: 2. seqq. quod proprie de usu vestimentorum, quibus corpus superinduitur, usurpatur.

conf. Matth. 6: 25. aut etiam per τὸ μετασχῆναι^{τίς εἰν} Phil. 3: 21. cuius verbi, teste Stockio, nativa est significatio *in aliam formam & figuram aliquid convertere, sive transfigurare*, non quidem ratione substantiæ, quæ in glorificandis manebit una eademque; sed ratione accidentium & qualitatum, quas in alia conditione, alioque, quam in vita mortali, habitu sunt obtenturi. In hoc enim sensu, qui accidentium mutationem præ se fert, verbum μετασχῆναι^{τίς εἰν} in sacris occurrit I. Cor. 4: 6. 2. Cor. II: 13, 14, 15. vid. Stockii Clav. & Nov. Test. in h. l. ubi hujus verbi exponitur emphasis. Quò vero luculentius perspiciamus indolem hujus, per donum glorificationis, futuræ mutationis, necessum est, ut Paulum, divina luce colustratum, adeamus, eumque antesignanum, in qualitatibus glorificatorum leviter, pro modulo ingenii nostri, percurrentis, eligamus. Argumentatur Apostolus I. Cor. 15: 36. sq. ad futuras glorificatorum qualitates, per metaphoram petitam ex grano tritici in agrum projecti, quod terræ commissum, computrefactum & exinde rursus enatum, non aliam, quam antea, induit naturam; sed dum maturescit, pristinam sui non tantum e terra producit naturam, verum granorum etiam in arista numerum, fœnoris instar, tam insigniter multiplicat, ut larga exinde proveniat messis. Hunc omnino in modum, innuit Apostolus, rem se habituram cum corpore humano, quod per mortem naturalem metamorphosin suam est subiturum. Nam *seminatur illud in Φθορᾷ v. 42.* h. e. projicitur in terram, quæ mortalium est matrix, &, peracto drame humano, cœmeterium, ut peccati corpus in eadem corrumpatur, atque ex infirmitatibus suis quasi eluatur;

resuscitatur vero *in αὐτοροή*, ubi ab iis incommodis, quæ mortale corpus vexabant, solvitur & liberatur, amis-
samque DEI, qui Ipse est *αὐτός* 1. Tim. 1:17. imaginem perfecte superinduit. *Seminatur* *in απειλή* v. 43. quæ abje-
cta conditionis e. g. vitiorum & fœditatum, ex peccato resultantium, est comes; *resuscitatur* *in δόξῃ*, quæ conse-
cutura est admirandam pulcritudinem, splendoremque cœlestem, quo corpora glorificata exornabuntur. *Semi-*
natur porro *in αθεσίᾳ*, quæ ex morbis resultat fere innu-
meris, qui corpus humanum, ut peccati domicilium,
variis miseriis repletum, concomitantur, idque indies pre-
munt & excruciant; *resurget* vero *in θυράσι*, atque ejus-
modi constitutione & viribus donatum, ut nullis am-
plius necessum habeat laborare fragilitatibus, nullique de-
fectui esse obnoxium; sed erit fanissimum, formosissi-
mum, robustissimum. *Seminatur* denique *σώμα ψυχήν* v.
44 i. e. tale, quod necessitatibus & adminiculis, qualia animalis requirit vita, erat subjectum; *resurget* vero *σώμα πνευματικόν*, non quod ratione substantiæ in spiritum con-
vertatur aut mutetur, ut est Socinianorum delirium,
quod supra dictum; sed quod ejusmodi fœnerabitur affe-
ctiones, quas habere solent spiritus; proinde, quamvis
nutrimentorum aliarumque hujus vitæ necessitatum ex-
sulet usus, nullum tamen eorum sentient defectum, nul-
lam exinde, prouti in hac vita, subibunt mutationem;
sed erunt *ἰσάγγελοι* Luc. 20:36 Opponit hic Apostolus
corpus illud *πνευματικόν*, quale glorificati post resurrectio-
nem sunt nacturi, corpori, quod in hac vita circumfe-
runt, *ψυχή*, ad indigitandum, quod vitiositates hujus
vitæ, una cum proprietatibus, quæ naturali competunt
homi.

homini, erunt abolendæ, homoque donandus spiritualibus affectionibus, atque ejusmodi virtutibus, quibus corpus reddetur idoneum ad recipiendum summum futuræ felicitatis gradum. Minime vero gentium id indigitat Apostolus, quod glorificandus quoad substantiam commutaretur in spiritum. Posito etiam hoc, quantumvis non concesso; exinde sequeretur, quod corpus glorificatum non amplius esset corpus; sed in spiritum abiret, quod tamen naturæ corporis Christi, qui erat *απερχή τῶν ουκοιμηνέων* 1. Cor. 15: 20. & *πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν* Apoc. 1: 5. e diametro repugnat; conf. Luc. 24: 39. Joh. 20: 20, 27. Qualitatum, quæ in glorificatos conferentur, prototypus erit *prodromi* eorum *CHRISTI* corpus glorificatum Ebr. 6: 20. Cui pro more suo, non tamen modo, quem Christus ex unione personali habuit, majestatico, secundum quem nemo ejus est consors Ps. 45: 8. *corpora glorificatorum* futura sunt *σύμμεροφα* Phil. 3: 21. Proinde, quemadmodum Christus *ἀρχηγὸς* Act. 5: 31. post resurrectionem in glorificato suo corpore habuit affectiones accidentales, non corporibus terrestribus communes; sed plane spirituales & cœlestes, essentia tamen Ejus manente una eademque, quam ex utero matris semel assumferat Luc. 24: 39, 40; talis in glorificatorum etiam corporibus, quoad accidentia, futura olim est mutatio Phil. 3: 21. Conformatas hæc quam proxime etiam consistet *ἐν ισογέλωσην*, non respectu essentiæ, sed proprietatum accidentalium. Ex quo porro sequitur, quod non animalem amplius, sed Angelicam acturi sint beati vitam. Peracto glorificationis *μετασχηματισμῷ*, alia penes electos exoritura est conditio, & in anima & in corpore, quæ ambo excellentes.

lentissimis afficiuntur donis. Ablatis enim incommodis & vitiosis affectionibus, quæ terrenis adhærebant corporibus, cœlestibus & glorioſis mox superinduentur. Animæ glorificatorum cum facultatibus suis ad imaginem divinam perfecte restaurabuntur. Intellectus eorum, qui, quod cœlestia concernit, in hac vita aut *εγνία* laborabant, aut saltim ἐκ μέρες cognoscebant Eph. 4: 18. 1. Cor. 13: 12. immediata DEI, Ejusque attributorum, operum mysteriorumque instruentur nótitia. Defectivus sciendi modus nullum amplius tum habiturus est locum 1. Cor. 13: 8. Voluntates & desideria eorum, qui hic haud raro in se *πιθυμίαν πάσχειν καὶ βλαβερόν* persentiscebant, Col. 3: 5. & 1. Tim. 6: 9. quive cum Apostolo fateri necessum habebant, quod sibi τὸ κανὸν παρέχεται Rom. 7: 21. jam feruntur unice ad bonum Ef. 35: 8. & 1. Cor. 15: 54. In toto composito, ubi inter partes hominis essentiales haud levis in hac vita animadvertebatur *ἀταξία*, lucta & repugnantia Rom. 7: 23. summa eaq; jucundissima olim futura est harmonia & conformitas Ps. 16: 11. & 84: 3. lqq. Hæc, quæ jam obiter recensuimus, bona, electis olim conferenda, erunt non modica, sed maxima; non transitoria, sed permanentia; non momentanea, sed æterna. Quid? quod hæc qualitatum mutatio, maximorumque bonorum in glorificatos collatio, extendat se non infinitis modo parasangis ultra præsentem hominum conditionem; verum etiam ultra protoplastorum, in statu integritatis constitutorum, perfectionis sortem, prout unanimis theologorum saniorū est consensus.

§. V.

Electos, glorificationis beneficio jam exornatos, oculis corporis mentisque, JEsum Christum Θεόν, in aslum-

assumta humana natura & corpore glorioſo, eſte viſuros, evidentiſſima Scripturæ oracula nos dubitare nequaquam finunt. Visionem DEI Christique Θεανθεωπες firmiſſime Jobum credidiffe, ipla ejus luculenter ostendit confessio cap. 19: 25, 26, 27: Facit etenim v. 25. mentionem τοῦ Σωτῆρος (Saluatoris) qui a rad. λέγει deducitur, quæ coñuniffiſmo ſenu ejusmodi indigitat redemptorem, qui instar vindicis, propinquitatris jure, ad liberandum permoti, præſtitio æquivalente pretio, aliquem ex itatu misero in beatiorem reſtituit: uti hujusce verbi significatus a doctiſſimis vi-ris explicatur. Allatam vero Redemptoris ſignificationem, non invite, ſed plane dilucide & exactiſſime in Mefſiam quadrare, cuivis eſt in confefſo. Eundem Redemptorem ſuum, quem ſe in cœlis viſurum certo certius novit Jobus, vocat idem in v. 26 אלוהי DEUM, quem itidem ad Mefſiam referunt optimi quique interpretes, inter quos D. Sebaſt. Schmidius in Comm: h. l. pag. 813. hæc ha-bet verba: *per אלוהי non poſſumus melius intelligere, quam Mefſiam.* Hunc namque deſiderabat Jobus videre in reſurre-etiōne, quem non viſurus erat in hac vita; ſed & coñun-ter omnes interpretes, vix uno & altero excepto, eundem putant DEUM & Redemptorem. At Redemptor Christus eſt. Quod ve-ro hic ſensus ſit Jobi de reſurreetiōne mortuorum & de beatifica DEI Christique Θεανθεωπες viſione, non minus o-culari quam mentali, de eo inter maximi nominis eru-ditos convenit. Evidentiſſimum pariter & plane funda-mentale religionis Christianæ eſt dogma, JESUM Chriſtum, Filium DEI aſſumſiſle humanam naturam in unio-nem τοῦ λόγου inseparabilem, quæ personalis, inter diuinam & humanam naturam, unio, in & poſt mortem etiam per-mansit

mansit indissolubilis. Nam quas Filius DEI humanæ naturæ proprietates essentiales semel assumisit, eas nunquam deposituit; quamvis accidentia diversa, cuiusmodi est forma servi, in statu exaltationis deposituerit. Veniet idem cum eadem humana natura, secundum quam ad cœlos adscendit, atque ad dextram DEI Patris est evectus, in novissimo die ad judicandum vivos & mortuos, in forma majestatica & visibili, καθ' ὡν τρόπον, ac discipuli ipsius, quos adscensionis suæ voluit testes esse oculatos, viderunt Eum in cælum adscendisse, quod omnino visibiliter factum est Marc. 16: 19. Act. 1: 9, 10. 1. Thess. 4: 16. Die enim pantocritico Christum Θεανθρώπον, forma visibili appariturum, ὥψεις πάς ὁ Φθαλμὸς Apoc. 1: 7. Et quidem erit IESU Christi Θεανθρώπος, in eodem die, visio piis & fidelibus, quorum tum ἐγγίζει αἰπλύτεωσις Luc. 21: 28. jucundissima maximeque lætica. Etenim, conspecturi sunt Eum in forma gloria jam personaliter præsentem, quem haec tenus fide viderunt, speque exspectarunt. Videbunt in Christo beatitudinis suæ centrum & fundatum Act. 4: 11, 12. 1. Cor. 3: 11. Intuebuntur Goëlem suum, qui eos ab omnibus incommodis & malis, quibus in hac vita undiquaque circumsepti erant, eripuerat, eosq; in regnum suum cælestē jam est introducaturus 2. Tim. 4: 18. Intuebuntur IESUM regem suum salutisque præfectum, qui merito suo iis adquisivit regnum, in quo hereditatem obtinebunt salutis Hebr. 1: 14. coronamque justitiae 2. Tim. 4: 8. coronam vite Jac. 1: 12. incorruptibilem coronam 1. Cor. 9: 25. nec non immarcescibilem gloriae coronam 1. Pet. 5: 4. Immo videbunt Eum sicuti est 1. Joh. 3: 2.

§. VI:

Dictum hoc Johannæum, in præsenti argumento classificum,

sicum, penitus jam est examinandum. Oppido cuicunque dispalescit, Apostolum, in priori versus hujus membro, imprimis differere de statu illo, in quo filii DEI sunt in hac vita, ex quo dein ad status, quem aliquando in adventu Christi pantocritico obtinebunt, futuri conditionem progreditur. Maximas quoque illius, præ hac vita, idem Apostolus pronunciat fore prærogativas, quarum fideles prædicti confortes omnino futuros, si alioquin in vita præsenti, per τὸ ἀγνόειν ἑαυτὸς ex o· mni carnis ac spiritus inquinamento, ad exemplum sanctissimi Salvatoris justi & irreprehensibiles inveniantur; seu, quod perinde est, δικαιοσύνην, sub qua Christianas virtutes Apostolus comprehendit, lectentur, atque ita perficiant αγιασμὸν εἰς Φόβῳ Θεοῦ I. Joh. 3: 1. sqq. 2. Cor. 7: 1. Hanc vero iustitiæ, quamvis in hac vita inchoatæ, cum Christo, qui ipse δίκαιος est, v. 7. conformitatem, innuit Apostolus, apud Filios DEI, singularem cum Christo, in futura vita, similitudinem, Eiusque, καθὼς εἰπεν, visionem beatificam, atque simul omnium bonorum cœlestium fruitionem, parituram. Eiusmodi enim fideles, qui sunt καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, prædicti Salvator DEI visione olim fore beundos Matth. 5: 8. Quantumvis autem futuri status sublimitatem fidelibus non quidem omnimode constare ultro fateatur Apostolus; interim tamen eos, nequaquam nuda & frustranea spe lactatos, sed πληροφορητῶς scire pronunciat, sè in apparitione DEI, summatæ, quæ in homines unquam cadere potest, beatitudinis fore participes. Apposite proinde ad h. l. D. Ægid. Hunnius hæc adducit: Quanquam ψυχὴ nostra, οὐ que il· lam consequitur, immarcescibilis hereditas, oculis nostris bandum,

dum obvia, sed in Christo velat abscondita est, nequaquam tam
men ideo dubitandum de illa, quia non appareat quid sumus,
quod quando apparuerit, similes ei erimus. Et non multo
post: Tum similes ei erimus sanctitate, perfectione, immortalita-
tate & beatitudine, licet non equales. Quae similitudo incoba-
tur in hac vita per Christum in nobis, dum reiecta facie glo-
riam Domini in speculo representantes, ad eandem imaginem
transformamur, tanquam a Domini spiritu 1. Cor. 3: 18. in al-
tera autem vita perficietur & consummabitur. &c. Sed circa
hujus dicti classici, quod in praesenti dissertationis argu-
mento omne propemodum fert punctum, posterius hæ-
misphæricum in diversas, imprimis de beatorum visionis
objecto, sententias abivere eruditii. Nonnulli autem
ut cetera controversiae momenta silentii populo involva-
mus, per relativum *Αὐτῷ*, cui similes fore fideles incul-
cat Apostolus, quemve eosdem olim visuros prædictit,
intelligi aut DEUM Trium & imprimis Patrem, cu-
jus præc. v. i. fecerat mentionem, quive non sub spe-
cie quadam, sed clare & intuitive, uti in seipso est, bea-
tis cœlitibus se siflet conspiciendum. Quamvis sub hac
cognitione & visione DEI, etiam essentiæ divinæ cogni-
tionem & visionem includant hujus sententiæ patroni, id-
que eam præcise ob rationem, quod simpliciter & pla-
ne dilucide asserat Apostolus, ὅτι ὁ φύμα οὐνος καθὼς ἐστι;
minime tamen per id intellectum volunt abolutam co-
gnitionem, ac si sua perspicacia exhaustirent beati totam
DEI essentiam, qualis quidem cognitio soli DEO est pro-
pria 1. Cor. 2: 11. Sed per hanc intelligunt visionem se-
cundum quid intuitivam, quā DEUS, qualis est, ab electis

cognoscitur; adeoque essentiam DEI, finitæ solum natu-
ræ suæ convenienter, sunt cognituri. Nonnulli censem
sub relativo **Αὐτῷ** Apostolum non indigitare Patrem, de
quo in præcedentibus jam egerat, sed Christum Θεόν θρα-
πον. Quatenus enim Pater, quem interpres hic non
essentialiter sed personaliter pro prima divinitatis perso-
na accipere malunt (*f*), ob simplicitatem & immensita-
tem suam nemini esse potest conspicuus; idcirco idem
Αὐτῷ, potiori jure ad Christum Θεόν θραπον, qui in forma
visibili apparitus est, referre consultum ducunt. Po-
sterior hæc sententia, ni germanior, certe cohærentiæ
cum præcedentibus accommodatior, videtur. Dicitur e-
nim tam in hoc versu, quam in 28. cap. præced. ὃν εἰν
Φαγεωθή, scil. Christus Θεόν θραπος, Cui potius, quam DEO
Patri, sermone scripturario, tribuitur adventus ad judi-
cium, ob formam humanam, in qua olim apparebit o-
mnibus. Concludit itaque Apostolus, quod, cum novis-
sima hæc Christi Θεόν θραπος apparitio contigerit, tum fi-
deles **Αὐτῷ**, scil. Christo, erunt similes, tam quoad ani-
mam, quam quoad corpus, sapientia, sanctitate, virtute,
impassibilitate, immortalitate, beatitudine, splendore
cœlesti, omniisque, quæ concipi unquam potest, perfectio-
ne Col 3: 4. **ILLE**, quatenus essentiam cum Patre &
Spiritu Sancto habet communem, eatenus etiam omnium
perfectionum divinarum infinitam & creaturis incommu-
nicabilem possidet plenitudinem Col. 2: 9. Nobis vero
ιμποίατεως conceduntur bona, non a nobismetipsis, aut ex
merito, sed ex mera gratia DEI Rom. 6: 23. Eph. 1:
7. sq. **ILLE** est *caput corporis ac princeps vite & salutis;*
nos

(*f*) Vid. D. Seb. Schmidum in Comm. I. Job. Ep. p. 251.

nos vero *EJUS membræ* & subditæ. Conf. Act. 5: 31. Eph. 5: 23. sq. Col. 1: 18. Ebr. 2: 10. Sed quidquid sit de variantibus interpretum sententiis, sartum tamen tectumque manet, visionis objectum esse DEUM. Etenim, si priorem sententiam de DEO Triuno & imprimis Patre liceret sine controversia assumere, tum res esset in vado, quod scilicet DEUS se videndum præbeat. Si vero posteriorem, scilicet Christi θεανθρώπου visionem, quam beatis contingere firmissime credimus, adoptaverimus, tum extra controversiæ aleam esse remur, glorificatos in Christo θεανθρώπῳ faciem DEI esse visuros, ex *Cujus gloria splendore futuræ* vitæ in ecclesia cœlesti infinite deliciabuntur. Ef. 66: 10. Joh. 14: 7, 9, 11. Præclare idcirco *Huius in com. h. Ep. Invisibilis DEUS in Filio suo est conspicuus*; ita ut non tantum videri λόγος potuerit, sed ipse quoque Pater aliqua ratione visibilis in Filio sit redditus.

§. VII.

Hinc itaque patet, gaudii cœlestis duplicum imprimis esse scaturiginem, nimirum tranquillitatem conscientiæ, quod sancti cœlites sentiant, se sanctissimo suo Redemptori similes factos esse, atque visionem beatificam DEI, quæ non potest non tenerrimo lætitiae sensu eodem afficere. Cuilibet vero creaturæ tantum DEUS confert perfectionis, quantum illa unquam capere potest. Ergo, cum nullum sit dubium, cœlestia gaudia omnino fore omnium perfectissima, etiam visio DEI beatifica omnibus numeris perfecta erit. Si igitur possibile est, beatos non mente solum percipere ea, quæ ad perfectiones divinas pertinent; verum etiam oculorum corporeorum aliquem esse posse usum ad easdem perspiciendas; pro-

na utique erit consequentia, utroque modo DEUM videri. Illa enim visio perfectior est censenda, quæ pluribus simul modis objectum repræsentat. Quatenus autem cœlites oculari DEI visione destitui existimantur, siquidem, nimirum Ens simplex, visione proprie sic dicta, comprehendendi nequit, eatenus hypothesis quandam de symbolo, sub quo DEUS conspicuum se beatis est redditurus, excogitare consultū duxerunt eruditii. Hanc ingressus est sententiam *Cl. Ifr. Theoph. Canzius*, ut quosdam ex Patribus, Armenosque, qui autumabant beatos non videre essentiam DEI immediate, sed quendam tantum fulgorem ab ea emanantem, & alios transeamus (g). Hic, postquam corporum subtilium, ad mentem prædecessoris sui *Cl. Leibnitii*, angelis tribuendorum, existentiam se jam demonstrasse, censuerat (h), aliam singularem omnino orbi erudito propinare admittitur hypothesis de DEO, quem beatis cœlitibus se conspiciendum præbere, sub externo quodam visibili & glorioſissimo symbolo, opinatur. Conatur idem *Canzius* §. 461. pag. 351: sqq. libr. cit. demonstrare, *sensus beatorum glorioſissima & ineffabili materia adſici*. Qua præmissa hypothesis, hæc dein profert verba: *non posse eos (beatos) majestatem Monarchæ, intellectui tantum obviam, continua diſtinctorum idearum serie contemplari si ne sensum interveni: oportet igitur, inquit, videant sensibus corporis Majestatem quandam DEI conspicuam*. Qua propter §. 462. sq. urget, *DEUM in cœlo se etiam beatis glorioſo quodam ſue praefentiæ ſigno materiali conspicuum præbere*. Arridet hæc Canziana nonnullis, inter quos est *C. G. Stühnerus*, sententia,

(g) *Vid. Gerhard. Loc. Th. de vit. ar. p. 974. & Brev. Hūſem. cap. 16. pag. 1093.* (h) *Canzius in Civitate DEI Sct. 2. c. 3. §. 386. p. 268. seqq.*

tentia, quam, ut V. T. exempla Exod. 3: 2. & 24: 10,
 16, 17. I. Reg. 22: 19. Es. 6: 1. Ezech. 1: 4. sq. &c. omittamus,
 iidem probabilem esse autumant ex visione Stephani, qui
 $\delta\acute{\epsilon}\zeta\alpha\tau\theta\epsilon\beta$ θεός, καὶ ινσπίν ἐσώτηται ἐν δεξιῶν τῷ θεῷ viderat Act. 7:
 55. Hinc dein concludunt, DEUM, ut Stephano in ter-
 ris, ita beatis olim, externo quodam symbolo gloriosissi-
 mo, se conspicuum fore redditurum. Sed quamvis ul-
 tro concedamus, DEUM sub quibusdam symbolis e. g.
*columna ignis & nubis, solio excelso, vento turbinis ab aqui-
 lone venientis, igne splendente in circuitu &c.* vid. loc. cit. se
 hominibus, quorum oculorum hebetudo gloriā Ejus
 intueri nequibat, in hac vita manifestasse; nemo tamen
 exinde, ad symbolicas DEI in futura vita apparitiones,
 ubi a facie ad faciem cœlites DEUM sunt visuri, jure
 argumentari potest. Nondum enim patet, quod idem
 beatorum in cœlis, ac Stephani in terris, futurus sit vi-
 sionis modus. Nobis idcirco, qui potius ex claris Scri-
 pturæ effatis, quam exuberantis ingenii hypothesibus in-
 formari gestimus, videtur consultius, hanc sententiam
 auctorí suo esse relinquendam, quam a nobis adoptan-
 dam. Etenim nondum evictum est, an l. c. Act. 7: 55.
 per δέξατο θεός indigitetur Canzianum symbolum, quod
 vix crediderim, an vero majestatis divinæ revelatio atq; JE-
 sus Christus, Filius DEI, qui ipse est ἀπίνγασμα τῆς θόξης τῷ
 θεῷ Ebr. 1: 3. δέξατο μου χρεούς παρέψει πατέρος Joh. 1: 14. δέξα-
 το με 2 Cor. 3: 18. Eo etiam minus hæc hypothesis de
 symbolo, ceu visionis nostræ in futura vita adminiculo,
 pro genuina est habenda; quo certius constat, nos, per
 donum glorificationis, maximarum perfectionum, ad quas
 conferendas etiam hoc symbolum ad mentem Canzii col-
 limat

limat, in futura vita obtenturos esse fortē. Pronunciat enim Scriptura manifeste Luc. 20: 36. quod ἰστιγγελοι simus futuri, qui ad DEUM cognoscendum symbolis non indigent. Quis itaque non videt, ultra justos terminos sphæram suam extendere Philosophos, dum ex hypothēsis suis non verentur ipsi DEO modum præscribere, quo se beatis in regno gloriæ manifestabit? Nostro certe qualicunque judicio, Christianum Philosophum decet ultro fateri, adeo imperfectam esse nostram scientiam opticam, ut inde neutiquam concludi queat, eminentiorem quandam visionis modum in corpora nostra a DEO T. O. M. conserui non posse. Ipse Newtonus, diligentissimus ille radiorum luminis experimentator, summusque pariter Mathematicus, modum, quo radii luminis agunt in nervos opticos, definire adcurate satis non potuit. Igitur, cum fanior Philosophia Gordium hunc nodum solvere non valeat, nihil omnino heic moramur Eorum placita; sed potius mente pia scrutamur ipsum verbum DEI, quod salutis æternæ viam atque rationem pariter nobis monstrabit.

§. VIII.

Nullum vero DEUS, quæ essentiam, ab electis post resurrectionem, non mente solum comprebendi; verum corporis etiam glorificati oculis cerni, queat? ardua est quæstio, quæ ab ingenio & acumine glorificato potius, quam humano, heic & nunc, multis obnoxio imbecillitatibus, dirimetur. Itaque, dum in eo jam sumus occupati, ut eandem, pro modulo virium, explicemus, fatemur nos non esse alienos ab illorum sententia, qui divina freti potentia, nec non benignitate inexplicabili, spem fovent, corpora

pora cœlicolarum ad illum perfectionis gradum elevatum
 iri, ut oculis glorificatis, divinam Majestatem, in cœle-
 stis gaudii complementum longe desideratissimum, usur-
 pare liceat. Neque recens conficta est, quam venera-
 bunda concipimus mente, spes. *Augustinum*, quem §. II.
 diximus, in *Epistolis suis*, pro sola mentali DEI visione,
 calamum strinxisse, deprehendimus sequioribus tempori-
 bus, aliam, reiecta priori, adoptasse sententiam, atque
 ad illam, quæ mentis æque ac corporis oculis futura est,
 propendere. Legantur verba ejus in *Civitate DEI* l. 22. cap.
 29. Tom. 5. coll. 1392. *Fieri potest, valdeque credibile est, - - ut-*
quaquaversum oculos duxerimus, clarissima perspicuitate videamus,
non sicut nunc invisibilia DEI, per ea, quæ facta sunt, intelle-
ctu conspicuntur per speculum in enigmate & ex parte, ubi plus
in nobis valet fides, qua credimus, quam rerum corporalium spe-
cies, quam per oculos cernimus corporales. Sed - - quacunque
spiritualia illa lumina corporum nostrorum circumferemus, incor-
poreum DEUM, omnia regentem, etiam per corpora contuebimur.
&c. Megalander quoque D. Lutherus huic sententiae favet,
inquiens: Mortui in fide, virtute superna ita in novissimo die
illuminabuntur, ut etiam Majestatem ipsam sc. DEI sint visuri
(i). Eodem quoque tendit mens D. Hunnii: *Facie ad fa-*
ciem intuebimur DEUM sicuti est, & cognoscemus eum sicut &
cogniti sumus (k). Visionem vero a facie ad faciem, de sub-
 jecto oculato prædicatam, *semper visionem ocularem denotare*
 afferit D. Job. Ad. Scherzerus (l). De eadem scripturaria lo-
 cutione D. Qvensted. semet ita explicat, ut *a facie ad faciem*
 videre denotet perspicuum & clarissimum divinæ essentiae adspicere (m).

D

Nec

(i) *Vid. Commentar. in Genesim fol. 98.* (k) *Comm. I. Job. Ep. cap. 3:2.*

(l) *Syst. Theol. Loc. 23. §. 5. p. 623.* (m) *Syst. Theol. part. I. p. 555.*

Nec ab hisce dissentit **D. Job. Gerhardus**, qui, licet apodicticam hujus rei decisionem futuræ reservet experientiæ, affirmat tamen *nec posse nec debere pertinaciter negari*, per potentiam **DEI infinitam** beatorum oculos ita glorificari, ac per lumen supernaturale ita evehi posse, ut ad ipsam divine essentia visionem pertingant (n). Quid? quod suffragari etiam huic videatur **D. Henr. Müllerus**, cuius §. II. fecimus mentionem, qui paullo post (o) dicit: *Wir wollen nicht eben ob dieser Meinung, nim. de visione mentali, quam jam modo attulerat, halbstarrig halten.* Es kan wohl seyn, daß unsere Augen im ewigen Leben durch ein übernatürlich Licht dermaßen möchten geschärft werden, daß sie Gott sehen können. Es kan auch Gott wohl mit seinem Glanz dermaßen in die Augen hinein dringen, daß Er aufs allerndächste gesehen werde, ohn allen Wandel der Einen. Ob wir nicht wissen, wie daß möglich sey, da liegt nichts daran; Gottes Wunder wollen nicht ermässen, sondern gegläubet und erwartet werden. Horum jam claudat agmen **D. Sebas. Schmidius**, qui, ut §. II. cit. aliosque magni nominis Theologos taceamus, huic patrocinatur sententiæ; mentem suam in *Com. 1. Job. Epist. c. 3. v. 2. pag. 261.* ita exponens: *Tò videre DEUM sicuti est, omnino de beatifica visione DEI accipiendum esse, quam cum nostratis Theologis plerisque, non tantum de oculis mentis, sed corporis etiam intelligimus.*

§. IX.

TAntum quoque abest, ut Sacrae Scripturæ oracula idem respuant adseratum, ut potius, per ἀμφάσις dictorum, ocularem simul visionem confirmare videantur. Jobus cap. 19: 26, 27. dicit: *וּמְבָשֵׁרִי אֲחֹזָה אֱלֹהָה וּמְעַרְטֵנִי רָאוּ (de carne mea video DEUM)* (אָ oculi mei videbunt). David etiam se in *justitia faciem DEI visurum*, atq; hinc, cum expergefactus

(n) *Loc. Theol. I. 9. de vis. et. p. 997.* (o) *Himmlische Liebes Fuß loc. §. 2. cit.*

factus fuerit, satiatum iri sperat. Ps. 17: 15. quare vehementer desiderat eo pervenire, ubi faciem DEI videat Ps. 42: 3. Dicit Salvator: ὁν ἀντὶ, sc. mundi corde, πνεύμα ὁψοτελε Matth. 5: 8. & Angelus Johanni, ὁψοτελε τὸ πνόσωπον ἀντὶ Apoc. 22: 4. immo ipse quoque Johannes, ὁψίμεθα ἀντὶ καθὼς εἰς 1. Epist. 3: 2. quas loquendi formulas proprie adhiberi solere de visu oculari, impropriè vero de mentis cognitione, quæ per analogiam tantum visio vocatur, ostendunt Lexicographi. A propria ac genuina significatione recedere equidem non licet, nisi manifesta id urgeat necessitas. Nec oraculum Paulinum 1. Cor. 13: 12. prætermittendum, quippe quod singulare asserto huic conciliare videtur robur. Mentio enim utriusque, tam ocularis quam intellectualis visionis in eodem fieri videtur. Etenim pronunciat de illa, quod πνεύμα, scil. in futura vita, videbimus πνόσωπον πρὸς πνόσωπον, cuius formulæ propriam supra exposuimus emphasin; de hac vero, πνεύμα δὲ ἴππηνώσομαι, sc. DEUM resque divinas, καθὼς καὶ ἐπεγνώθη. Futura beatorum, de DEO rebusq; divinis cognitio adeo est perfecta, ut nihil omnino ex summa, quæ in homines unquam cadere potest, perfectione penes illos desideretur; βαθος vero πλάτες καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεος Rom. II: 33. quod πνεῦμα τὸ θεόν unice valet penetrare 1. Cor. 2: 10, 11. creaturarum nulla rimabitur. Hinc contendere quoque Theologi solent, Θεογνωσία cœlitum intuitivam quidem, minime vero absolute & totaliter comprehensivam futuram. Significanter itaque D. Aegid. Hunnius in expl. 1. Cor. 13: 12, ait: *Sicut DEUS nos cognoscit perfectissime, ita viceissim nos DEUM cognoscemus perfectissime; ille quidem perfectione divina & infinita, nos vero non infinita, sed finita, atque nihilominus in suo genere completa, quanta quidem in creaturam*

ram rationalem cadere potest. Præterea, nec Scripturæ Sacrae erat, omnia futuræ vitæ bona, nec modum iis fruendi, nobis revelare; nec capaces sumus intelligendæ eorum sublimitatis, quæ ab humanæ rationis sphæra sunt remotissima. Joh. 3: 12. Hinc sufficit, quod nobis viam, qua ad eorum fruitionem pertingere liceat, detexerit. Adeoque, etiamsi illius visionis, quam credere fas est, modus expreſſe non fit scripturæ ἡγγειος, αντίχειρος tamen non est. Nec visioni oculari negandæ sufficit ισαγγελότης beatorum. Sunt enim Angeli essentiæ spirituales, quare sola per intellectum visio, quæ illis est propria, perfecta esse potest. Homines vero anima & corpore constant; utramque igitur tam intellectualem quam ocularem iis competere posse non diffitemur. Imperfектa enim erit ipsorum visio, quamdiu alterutra harum abfuerit. Neque difficile erit ex Pandectis sacris probare inter Angelorum & hominum visionem aliquid intercedere discriminis. De illis enim pronunciant, quod *semper videant faciem Patris* Math. 18: 10; de his autem, quod videant *a facie ad faciem* 1. Cor. 13: 12. Hinc itaque perfectio humanæ visionis patescere potest; siquidem futuri sunt & ισαγγελοι Luc. 20: 36. & σύμμαρφος Christi glorificatio corpori, quippe qui essentiam DEI, Ejusque perfectiones per unionis personalis gratiam, perfectissime ac intime novit & videt Phil. 3: 12. Col. 2: 3. Quod vero finitum capax non sit infiniti, nostram non destruere videtur sententiam. Nam intellectus humanus licet finitus, aliquam tamen, in hac etiam vita, beneficio luminis naturæ & gratiæ, infiniti DEI sibi formare valet ideam, quod feliori tum gaudebit successu, cum lumen gloriæ cogni-

cognitionem nobis pariet majorem. Igitur, si intellectus finitus, lumine gloriæ præmunitus, tanta in futuro seculo ornatur cognitione, ut DEUM quoque possit cognoscere *ναθως καὶ* ab eo cognitus est i. Cor. 13: 12. quidni oculi etiam, eodem lumine collustrati, DEUM *ναθως ἐπι* videant i. Joh. 3: 2? Nec cuilibet patet, quamobrem major intellectui humano tribuenda sit facultas ad intuitive DEUM cognoscendum, quam oculis glorificatis ad videndum. Quemadmodum enim corpora nostra in pulvere metamorphosin quandam sunt subitura, aliasque qualitates in resurrectione & glorificatione induitura; ita puriori & acutiori visu, ut spiritus etiam cernere possint, ornatum iri, a vero abhorrere non potest. Nemo tamen sibi persvadeat, oculis corporalibus tam sublimem tribui visionem, ut DEUM, qualis est, conspicere liceat. Nos enim non fugit, visum naturalem infinito ac immenso ejusmodi objecto perspiciendo minime esse parem. Verum lumini gloriæ, quo beatorum corpora in glorificatione exornabuntur, totum vindicabitur negotium. Hoc enim beatis ejusmodi addet potentias, quæ præsentes infinitis antecellunt parasangis. Consummabitur tunc in glorificatis præsagium Davidis, qui Ps. 36: 10. ait: *בְּאוֹרֶךְ נָרָא הַאֲוֹרֶךְ* (in lumine tuo videbimus lumen) ubi per lumen posterius ipse DEUS, tamquam ens omnium perfectissimum, per prius autem cognitio intuitiva, intelligitur (p) confr. Apoc 21: 23. seq. Argumenta, quæ huic visioni DEI objici solent, affectionibus plerumque rerum præsentium sunt accommodata, a quibus futuræ plane sunt diversæ. Hæ enim rationi non sunt pervestigabiles; quia

oculus

oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis cujus-dam ascendit, quæ preparavit DEUS iis, qui se diligunt. Cor. 2: 9. Unde satis constare videtur, aliam plane ibi, quam heic, visionis fore naturam, aliaque objecta. Neque id prætermittendum esse videtur, quod, cum duæ sint partes hominis essentiales, in resurrectione reduniendæ, & virtus, ad quam homo obligatur, non ab una duntaxat exercenda, sed toto composito, anima nimurum & corpore, remuneratio ad utramque pertinere debeat. Hanc vero virtutum, quæ in futuro seculo contingit, retributionem exponit Scriptura per *videre DEUM*, quod beatitudinis centrum & apicem absolvere superius jam innimus. Ergo, beatifica DEI visio ad corpus æque ac animam referri debet. Remunerationem utriusque non ratio solum quodammodo, sed & revelatio clare dictitat Jer. 17: 10. 2. Cor. 5: 10. Col. 3: 24, 25. Consultius itaque judicamus, scripturæ oraculis simpliciter acquiescere, quam tam sublimem futuræ beatitudinis indolem vacillantis rationis decempeda emetiri velle. Cumque hoc assertum, electos tam mentis quam corporis glorificati oculis DEUM, qualis est, olim visuros, quam maxime religioni Christianæ videtur esse conforme; sententia igitur hæc homine Christiano tanto dignior est censenda, quanto est æquius, corporibus glorificatorum aliquid Pandectis Sacris conveniens tribuere, quam de perfectione, ex mera gratia divina, olim in beatos conferenda, et si eam humana ratio pervestigare nequeat, quidquam derogare.

§. X.

Coronidem opellæ jam imposituri, bona ineffabilia ex visione DEI in nos aliquando redundatura, pro virium modulo, per summa tantum capita eundo, perfstringamus. Bonorum ex beatifica visione resultantium DEUS ipsissima est origo, con-

continuatio & finis, in quo omnia beatorum desideria adimplebuntur. Erit enim *ILLE* beatissimam vitam eorum Joh. 3: 36. non amplius rerum indigens, sed bonis & delicis jam abundans Joh. 10: 10. Ipsa vita vena Ps. 36: 10. *Lux & salus* Ps. 27: 1. Ef. 12: 2. *premium* Sap. 5: 16. *justitia, pax & gaudium* Jer. 23: 6. Rom. 14: 17. *possessio & fons* Ps. 16: 5. *satietas letitiarum & jucunditates* Ib. v. II. *sol, gloria & nullius boni defectus* Ps. 84: 12. Omnia, quae ad summam requiruntur beatitudinem, tam quoad media, quam adminicula & sublimitatem, unice in DEO sunt habituri. *Aasperitus DEI*, in quo D. Augustinus vitam eternam collocat, plus beatissimam conciliat bonorum, quam mortalium quidam, aut iisdem comprehendendis, aut, ne ipse quidem Paulus ex Paradiso redux, explicandis est par 2. Cor. 12: 4. Etenim reddet DEI visio beatos a peccato, quod cum corpore in morte destruetur, immunes Jer. 50: 20. Rom. 6: 7. sq. liberos a morte, luctibus, morbis, doloribus similibusque fragilitatis & mortis indiciis Apoc. 21: 4. a malo genio, omnis infelicitatis auctore Ef. 35: 9. Eph. 6: 12. sq. & ab illius ac mundi odio & vexatione, atque generatim *ab omni malo* 2. Tim. 4: 17, 18. Immediate tum a DEO bonis afficiuntur beati. Ipse enim DEUS, qui salutis eorum est arx & palladium, quive iis intime & gratiosissime est praesens, gloria sua eos collustrabit, ex qua *solis instar splendentes* evadunt Matth. 13: 43. Apoc. 21: 23. sq. Singulari etiam DEI & CHRISTI *eternitas frumentorum* frumentorum communione Joh. 17: 24. quae imaginem divinam in perfecta sapientia, justitia & sanctitate consistentem, pleniori, quam amissa erat, gradu in beatissimam restaurabit Eph. 2: 6, 7. & 4: 13. Intensissimo quoque in DEUM, beatitudinis suae centrum objectivum, flagrant amore, Ejusque se intime accommodant beneplacito, nec non reverentiam suam DEO & AGNO promptissime testamat faciunt, dum *coronas suas*, quibus se gratis esse ornatos humillimi agnoscant, devorunt ante thronum EJUS, qui *vicit a leculis seculorum, & tenuisque EUM celebrant encomiis, quae exprimunt per gloriariam, honorem & gratiarum actionem ob summam Ejus majestatem, infinitas perfectiones, nec non maximam, quam ex gratia*

gratia in beatos contulit, bonorum copiam & affluentiam Apoc. 4: 9, 10. & 7: 10. sq. Flagrantissimo quoque amore singuli electi & Angeli se invicem sunt prosecuturi, ex quo etiam, unanimi quasi ardore, ceu sacerdotes spirituales, sine intermissione, spiritualia & aeterna laudum & gratiarum actionum sacrificia DEO & AGNO sunt oblaturi. 1 Cor. 13: 13. Ebr. 12: 22, 23. Apoc. 7: 15. Verbo: hæc omnia & innumera alia hujuscemodi beatis, non sparsum sed copiosissime, contingent bona. Patescit itaque ex hisce, quod infinite beatifica hæc futura sit visio, tam quoad cœlestium contemplationem, quam plenariam eorum fruitionem. Omnem itaque L. B. moveamus lapidem, ut hæc non nude tantum sciamus, sed reapse & felicissime horum etiam aliquando evadamus participes. Fruitionem cœlestium bonorum nobis pariet non nuda scientia, sed integra, per fidem virtutumque Christianarum studium, DEO placens vita, atque imprimit exercitium pacis & sanctimonie, fine qua nemo videbit DEUM. Ebr. 12: 14 Sciamus quoque, nil impræsentiarum nobis esse arctius injunctum, quam ut, missis caducis hisce, cogitationes, curas & desideria nostra sursum ad cœlos dirigamus, summo studio & animi ardore enientes, ut in Salvatoris, Ejusque beneficiorum, generi humano partorum, cognitione, virtutumque, in Christianismi studio, crebro exercitio indies proficiamus, atque ita scopum versus contendentes ad brabeum supernæ vocationis DEI in Christo JEsu, vitam scilicet aeternam, & cum illa visionem DEI beatificam, bonorumque ineffabilium sortem & copiam obtineamus 1. Cor. 9: 24, 25. Phil. 3: 10. sq. Proinde necessum est, ut in vita nostra συμμαχηται simus Apostoli Ib. v. 17. nsn ea speculantes, que jam cernuntur, sed bona τὰ μὴ βλεπόμενα, 2. Cor. 4: 18. quæ aliquando nobis quoad animam, postea vero quoad animam & corpus simul ex divina contingent gratia. Quamdiu vero mortali corpore induiti, extra patriam cœlestem peregrinamur, atq; visionis DEI beatifica solam persentiscimus spem, bona hæc anxii exoptemus, cum Hieropsalte ex intimo corde ingemiscentes Psalm. 42: 3.

צָמָח נֶפֶשׁ לְאֱלֹהִים לְאַלְפִים
סְתִי אֲבוֹא וּאֲרָאָה צָנִי אֱלֹהִים

*** *** ***